

Heinrich von Gouda

fol. 46^v

pro tunc in Romana curia residenti, cuius tenor in effectum fuit, qualiter
studium Coloniense misisset ad dominum nostrum apostolicum suos vene-
rabiles ambaciatores super expedicione et promocione rotuli, qui singnatus
fuit sub data iiii kalendas de anno septimo et pro nobilibus et doctoribus
sub data v^o etc. addens, quod et, si nobis placeret, possemus mittere rotu- 5
lum pro suppositis universitatis nostre offerens se benivole paratum operas
suas sollicita mente pro expedicione eiusdem rotuli adhibere etc. Et facta
congregacione desuper per iuramentum omnibus quasi placuit non mittere
rotulum, nisi presumpcio haberi¹⁾ possit a magistro Conrado, quod papa
sub uberiori data rotulum nostrum signare dignaretur attento, quod paucis 10
de rotulo ultimo signato pro magistris et doctoribus esset provisum. Qui
tamen habuerunt datam iiii kalendas de anno primo etc. et erant^{u)} adiec-
ta alia motiva. Hec ex iniuncto mihi scripsi magistro Conrado domino et
magistro meo et rescripsit mihi de Romana curia in effectum: non video,
quod, si rotulus esset hic, meliorem quam universitas Coloniensis obtinuit 15
datam, possit reportare dubitans eciam satis, quod forsitan dominus noster
papa ipsum cum difficultate et vix sub huiusmodi data singnaret, plus enim
afficitur pro presentibus quam absentibus addens, quod forsitan modicus
suppositis nostre universitatis, eciam si sub data simili rotulus singnatus
esset, fructus proveniret etc. 20

[1425 Dezember]

[46v] ^{v)}Rectoratus magistri Heynrici de Gauda^{v)}

^{w)}Anno domini m^o cccc xxv in vigilia beati Thome apostoli [20. Dezem-
ber] facta congregacione dominorum doctorum et magistrorum^{x)} in scolis
apud sanctum Iacobum^{y)} post missam universitatis^{z)} in ecclesia dicti sancti 25
Iacobi decantatam super eleccione novi rectoris^{a)} per honorabilem virum
magistrum Iohannem de Straeshem pro tunc vicerectorem sacre theologie
baccalarium electus fuit concorditer magister Heinricus de Gouda, in cuius
receptoratu acta sunt infrascripta.

Item eadem die, scilicet vigilia beati Thome, vocatis quibusdam doctoribus 30
et magistris ad stupam domini doctoris Iohannis Noet magister Iohannes

¹⁾-re korr. A ^{u)}erunt A ^{v)...}von anderer, flüchtiger Hd. wohl nachgetr., obere Hälfte der S.
frei A ^{w)}Handw. A ^{x)}folgt in ecclesia sancti gestr. A ^{y)}mit Verweiszeichen auf dem Rd.
nachgetr. A ^{z)}folgt il apud ecclesia gestr. A ^{a)}rooris mit Kürzungsstrich A